J S.
de Usu
Plantarum.

SPECIMEN
OECONOMICO - BOTANICUM
DE

USU PLANTARUM
IN ISLANDIA INDIGENARUM
IN ARTE TINCTORIA,

QVOD
PRO STIPENDIO REGIO
OPPONENTIUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES SVENONIUS,
UNA CUM DEFENDENTE
AMICISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
ENARO BIARNESEN THORLACIO,
PHILOSOPHIÆ CANDIDATO

IN
AUDITORIO
COLLEGII REGII
Die Decembr. MDCCLXXVI.
h. p. m. f.

HAFNIAE,
Litteris SIMMELKIAERIANIS

VIRO
Perilluſtri et Ampliſſimo
DOMINO
VILHELMO AUGUSTO HANSEN DE FRYDENDAL,
Sacræ. Reg. Majeſt. a Conſiliis Juſtitiæ.
Membro
Directionis Regiæ, qvæ generali Islandicæ, Finmarchicæ et Færöenſi mercaturæ et Piſcaturæ præeſt,
nec non
Regiæ Societatis Danicæ Oeconomiam promoventis.

Domine!

Miraberis forte, qvod ego Tibi has pagellas ſacras eſſe velim, ſed ni hoc feciſſem, ingratus in patriam meam forem, cui Tu generis humani amore ſolum ductus, conſilio et ope ſubvenire eniteris. Ac-

cipe igitur Vir perillustris has pagellas pietatis monumentum, exiguæ ſanè molis. Sed cum ſcias ſalſa eos mola litare qvi thura non habent, hoc Tibi gratum fore ſpero.

Tui Nominis

cultor addictiſſimus

Author.

L. B.

In re oeconomica, ſi qva planta ullum hactenus cognitum uſum non præſtet, erunt multæ duplicis, imo triplicis uſus, qvæ qvippe et eſculentæ (penui familiares) et ſimul in arte tinctoria, nec non Apellèa utiles probantur, ita ut ventri et oculis paſcendis una eademqve idonea ſit. Qvocirca plantarum nomina ſine natura earundem ac virtutibus ſcire, eſt nihil ſcire. Summa hinc inde ratione, curioſorum haud pauci, plantas, ſuæ qvisqvis patriæ prata exornantes, collexerunt deſcripſeruntqve non ſine ſuccinctis uſibus oeconomicis in poſteriorum æqve ac coævorum emolumentum.

Horum veſtigia ſeqvi; animus ſvadet, numerus docet plantarum, in Islandia indigenarum hodiernus. qvi DL (et qvod forte ſuperat) æqvat, illarum tamen uſus æconomicus magna ex parte incolas, et qvod mirandum magis hoc ævo, qvam prioribus latet. Certum enim eſt maiores noſtros, poſt incolatum Inſulæ Islandiæ, usqve ad inferiora

 ſeqvio-

seqvioraqve tempora, agriculturam, non tantum tentasse, verum, id qvod consensu historiarum satis comprobatur *), exercuisse. Nec desunt etiamnum, eam qvi fovent opinionem, qvod Islandi veteres, scientiam plantarum, altius qvam hodie, introspexerint, et conseqventer in usus proprios melius converterint; qvæ qvidem conclusio dubitandi occasionem, certe iis præbebit, qvi antiqvarum Historiarum ignari, ad medicinam majorum nostrorum non attenderint. Unde hi qvæso remedia vulneribus etiam lethalibus, sanandis idonea, paraverunt, (cum mentionem non faciant Historiæ officinarum, in qvibus talia venundabantur;) nisi ex herbis indigenis? Harum nonnullæ loco natali suo, hunc in finem se, a veteribus cultas fuisse, hodie testari videntur.

Tales verbi causa sunt *a) Lapathum* (Patientia Isl. Heimilis-Njóli): qvæ planta ad villas tantum habitat et in pascuis vix ullibi invenienda, hanc a majoribus nostris non ornamenti gratia, sed potius in usum cibi et medicinæ plantatam esse affirmare licet.

b) Arenaria Isl. Beria Arfe (ɔ: Alsine baccifera) pvæ próxime villis in parte ad boream ultima Præfecturæ Thingöesensis, adnascitur: hanc pro-

*) Njálssaga. Edit. Havniæ 1772. pag. 82 it. 112.

probabiliter putat beat. EGGERTUS OLAVIUS *) atavis, sc. majoribus nostris vicem Brassicæ suppeditasse, postea vero Nomenclaturam Smediu Kál (ɔ: Brassica aliqvalis saporis nauseosi) adeptam fuisse.

Præterea in hujus rei testimonium adsciscí potest. c) *Achillæa* (mille folium) Isl. Vallhumall, prope prædia similiter habitans. Cujus flores olim, lupuli vice in cærevisia ab Islandis coqvebantur, unde nomen qvod retinet, Vallhumall ɔ: Lupulus pratensis, sortita est **)

Cæterum qværi potest, num nostrates veteres lanas herbis intinxerint, infecerint, coloraverintve? Qvod qvidem tuto sine confutationis periculo asseri potest. Vnde nobis herbarum cognitio tingentium, nisi a majoribus prodita est? Ars enim tinctoria nostra, qvaliscunqve hodienum, per centum et qvod excurrit annos perduravit. In cujus rei ampliorem demonstrationem, allegari meretur *Geranium* | *Sylvaticum*, Storkablá-gresi, qvod in colorem cæruleum a majoribus usurpatum fuisse testatur citatus OLAVIUS ***). Ut autem hanc herbam. in usum tinctorium veteres

 nove-

*) Isl. Reise-Beskrivelse Tom. II. pag. 677.
**) ibidem pag. 815.
***) Isl. Reise-Beskrivelse Tom. I. pag. 164.

noverunt convertere; ita minime a probabilitate abludit, illos plures ejusmodi cognovisse, qvas nos æqve ac hujus plantæ usum, anteqvam à beato. Authore detegebatur, ignoramus.

Ex his constat, cognitionem non tantum de herbis tinctoriis, antiqvis temporibus in Islandia viguisse, æqvam vel forte majorem qvam hodie: sed etiam agrorum et hortorum culturam in specie floruisse, qvamvis ævo seqviori atqve adeo nostro, horti, in vasta illa insula, ante hos viginti annos ignoti prorsus, et proh dolor! hodiedum agri, rationem ambigendi, utcumqve apparentem videantur suppeditare, qvod hæc scientia, cæterarum parens artium, a majoribus nostris unqvam fuerit culta. Est vero maxime dolendum, qvod pauci admodum incolæ herbas indigenas cognoverint, et si qvas cognoverunt, usum tamen earundem ignoraverint. Huic vero ignorantiæ remedium invenit Rex noster augustissimus, verus patriæ pater; cum non sine magnis sumtibus, historiam totius Islandiæ naturalem componi curavit, propositis qvoqve præmiis, excitavit incolarum animos ad statum patriæ suæ emendandum.

Hac re factum est, ut aliqvot Islandorum inceperint, animum, ad varia Oeconomiæ et in specie agriculturæ inservientia, convertere: inter qvos inpri-

inprimis ſæpius laudatus E. Olavius nominandus eſt *), nec non Viri multum et plurimum reverendi B. Halthori Eccleſiæ Sandlaugsdälenſis Præpoſitus et Paſtor **), et Johannes Finnæus Diæceſeos Schalholtenſis officialis ***), deniqve Cl. Ol. Olavius ****). Sunt qvi etiam de herbis indigenis aliqvid ſcripſerunt, nempe Biarnus Pauli experientiſſimus in Islandia Phyſicus et Medicus *****), et Doctor Celeberrimus J. Gerhard König ******).

At qvandoqvidem nemo horum ſibi operam de herbis tinctoriis in Islandia ſponte naſcentibus, delegavit, deſcribendis, (exceptis paucis in *Itinerario Isl.* ſparſim enumeratis): Ego itaqve jam cogitationes ad hanc materiam ut ſeqventes indicabunt

*) Qvi optimam Lachanologiam lingva vernacula ſcriptam reliqvit, poſtea edita eſt Havniæ 1774.

**) Korte Beretninger om nogle Forſøg til Landvæſenets iſær Haugedyrkningens Forbedring i Island. Kiøbenhavn 1765.

***) Breve om Agerdyrkningens Mulighed. Kiøbenhavn 1772.

****) Isl. Urtagardsbok. Kiøbenhavn 1770.

*****) Qvi ſpecimen obſervat. circa plantarum qvarundam maris Isl. uſum et originem pro Stip. Regio edidit. Havn. 1749.

******) In Diſſert. ſua inaugurali pro gradu Doct. edita Havn. 1773.

cabunt pagellæ applicavi meas. Cætera, qvæ apud plures in hac materia, peritiſſimos Scriptores, ſparſa inveniuntur, collegi in unum. Nec oblitus ſum loci nativitatis plantarum, in Islandia propullulantium, nomenqve genuinum adnotare; et in ſpecie lichenibus qvibusdam, per ſupra laudatum Doct. JOH. GERH. KÖNIG nuperrime indagatis (qviqve ut Incolis incogniti nullo peculiari nomine inſigniebantur) novum nomen imponere. Acceſſit inſuper, qvod ego ex lege academica pro Stipendio Regio diſſertationem qvandam exhibere tenebar; congruum autem eſſe exiſtimavi, thema eligere eiusmodi, qvo aliqvid in bonum patriæ conferre poſſem. Hoc itaqve mihi cepi, in hoc qvalicunqve ſpecimine tractandum, et qvia ſuccinctum, qvo temporibus meis; et qvia utile, qvo bono patriæ, ſervirem. Hæc de ratione inſtituti præmonuiſſe ſuffecerit.

Dian-

Diandria.

I. *Pingvicula* vulgaris, nectario cylindraceo, longitudine petali.
Isl. Kiæsisgras, Lifiagras. Norv. Tættegræs.
habitat in Uliginosis passim.
Ruricolæ Islandiæ vestes suas laneas foliis cæruleo imbuunt Colore.

Triandria.

II. *Arundo vulgaris* s. *phragmites* flosculis qvinis, panicula laxa*).
Isl. Rejrgrese. Dan. Gemeenrør.
habitat in pratis freqvens.
Paniculâ Sveci, viridi lanas tingunt Colore.

III.

*) Fl. Sv. pag. 35.

III. *Arundo arenaria* foliorum lateribus convolutis, acumine pungente.

Isl. Melûr, Villekorn. Dan. Vildhavre, Sandhavre.

habitat passim in arenosis copiosissime tamen in tesqvis Scaptafieldensibus et Mödrudalensibus. Itiner. Island. Tom. 2. pag. 673 et 829.

Spicæ qvibusdam in locis colorem viridem suppeditant. OLS. LACHANOL. pag. 113.

Tetrandria.

IV. *Scabiosa* succisa corollulis qvadrifidis, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis.

Isl. Stûsa, Pûkabit. Dan. Dievelsbid.

habitat prope Siden in Nomarchia Scaptefieldensi. Itinerar. Isl. T. 2. pag. 814.

Foliis herbæ pannos laneos Ölandi, viridi tingunt colore. Act. St.holm. 1742. p. 27.

V.

V. *Galium boreale*, foliis qvaternis lanceolatis trinerviis, caule erecto.

Isl. Hvítmadra. Dan. Glat Enge-Rode.

habitat in Nomarchia Kiofensi in meridionali et Öefiordensi in boreali Islandia. It. Isl. T. 1. p. 19. et T. 2. p. 675.

Usus plantæ ignotus adhuc incolis. Radicibus autem in Sundmöria ut STRÖMIUS et Svecia, ut LINN. testantur, vestimenta rubro colore inficiuntur Fl. Sv. p. 42.

VI. *Galium verum* floribus plurimis linearibus, ramis floriferis brevibus.

Isl. Madra. Dan. Klammerurt.

habitat prope Saudlangsdal in Occidentali Islandiæ plaga. It. Isl. T. 1. p. 431.

hujus ut priorjs usus in arte tinctoria Islandos fere latet. Flores, tingendum si alumine antea imbutum fuerit, luteo, et radix rubro tingunt colore. GUN. Fl. Norv. p. 49.

Pen-

Pentandria.

VII. *Primula* veris foliis denticulatis rugosis Fl. Sv. p. 57.
Isl. Vorblomstúr. Dan. Koeblomster.
habitat in pratis Krisevigensibus in meridionali Islandia. It. Isl. T. 2. p. 945.
Flores luteum colorem suppeditant.

VIII. *Menyanthes* foliis ternatis Fl. Sv. 58. Trifolium fibrinum It. Isl. T. 1. p. 18.
Isl. Horbladka, Reidingagras. Dan. Bukkeblade.
habitat in paludibus passim.
Foliis Sveci viridi tingunt colore. P. Gadd. oecon. Beskrifning 1751.

IX. *Campanula* rotundifolia, foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. Fl. Sv. p. 62.
Isl. Storbláklucka. Dan. Smaaklocker.
habitat in Nomarchia Dalensi prope Middal. It. Isl. T. 1. p. 429.
Folia cum caule pannos laneos colore cæruleo imbuunt. P. Gadd.

Hexan-

Hexandria.

X. *Rumex acetosa*, Floribus dioicis, foliis oblongo-sagittatis Fl. Sv. 106.

Isl. Súra. Dan. Syre.

habitat passim in sylvis et pratis.

Radicê luteo colore tingunt Lappones et Norvegi, hiqve, lixivia postea applicata, colorem constantem reddunt. Gun. Fl. Norv. p. 65.

Octandria.

XI. *Erica vulgaris*, foliis qvadrifariam imbricatis triqvetris, glabris, erectis, corollis inæqvalibus calyce brevioribus. Fl. Sv. p. 112.

Isl. Beiteling. Dan. Hedelyng. Norv. Gemeenlyng.

habitat freqvens in pratis Rangaaevallensibus. It. Isl. T. 2. p. 941.

Ruricolæ Nordlandici, teste Lindero, cum hac et Lycopodio complanato, Jafne, vestimenta lanea luteo inficiunt colore.

XII. *Vaccinium myrtillus*, foliis ovalibus integerrimis deciduis.
Isl. Adalbláber. Dan. Blaabær.
habitat in ſylvis ſubhumidis.
Baccis Ruſtici Islandiæ lanas et lintea colore cæruleo-violaceo tingunt. Conſtanter non inhærente niſi alumen addatur. It. Isl. T. 1. p. 171.

XIII. *Vaccinium uliginoſum*, pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus, baſi ciliatis. Fl. Norv. 93.
Isl. Bláber. Dan. Bøller Bøllebær. Norv. Skind-Tryder.
habitat in montibus et ſylvis.
Baccis cum alumine coctis, pannos linteos laneosqve cæruleo Islandi Imbuunt colore.

XIV. *Polygonum perſicaria*, floribus hexandris digynis.
Isl. Flaórurt. Dan. Loppeurt.
habitat in tesqvis Ketilstadenſibus in Fliotsdalia. It. Isl. T. 2. p. 814.
Herba lanas flavo inficit colore, ſi eædem prius alumine imbuantur. Act. Holm. 1745.

XV. *Polygonum hydropiper*, floribus hexandris ſemi-digynis. Fl. Sv. p. 116.

Isl. Vatns Pipar. Dan. Vand Pepper.

habitat in humidis.

Eundem ac præcedens colorem præbere fertur.

XVI. *Paris qvadrifolia.*

Herba Paris It. Isl. T. 1. p. 320. it. T. 2. p. 940. Isl. Fiógra Laûfa-ſmáre. Norv. Luſebær.

habitat in Nomarchia Rangaaevallenſi rara admodum.

Herbam ante floreſcentiam ruſtici Sveciæ colligunt, in aqva coqvunt unde panni colore rubro tinguntur. LIND.

Decandria.

XVII. *Arbutus*, uva urſi, caulibus procumbentibus, baccis rubris.

Isl. Sortuling. Dan. Meelbær.

habitat in ſylvis Islandiæ freqvens.

Folia hujus plantæ in aqva una cum terra martiali coꝺa, (Isl. Sorta)

 veſti-

veſtimenta ruſticorum nigro colore vulgariter tingunt.

Icoſandria.

XVIII. *Spiræa ulmaria*, foliis pinnatis, impare majore lobato, floribus cymoſis. Fl. Norv. 76.

Isl. Miødurt. Dan. Løvefod. Norv. Kaapegræs.

habitat in Islandia paſſim, copioſiſſime tamen in pratis Fliotshlydenſibus. It. Isl. T. 2. p. 940.

Herba in aqua cocta lanas colore nigro imbuit. It. T. 1. p. 165.

XIX. *Potentilla anſerina*, foliis pinnatis, caule repente Fl. Sv. p. 151. *Potentilla argentina*. It. Isl. T. 1. p. 19.

Isl. Silfurûrt, Mûra. Dan. Sølvurt, Gaaſeurt.

habitat in pratis ſiccis.

Succus herbæ expreſſus et cum alumine coctus, colore viridi tingit.

XX. *Tormentilla* caule erecto.
Isl. Blódrot. Dan. Tormentille.
habitat ad thermas Krisevigenses in meridionali Islandiæ plaga.
Radicê Norvegi pannos laneos colore atro-purpureo tingunt. GUN. Fl. Norv. p. 87.

XXI. *Comarum palustre*, qvinqvefolium rubrum.
Isl. Fimfingragras. Dan. Femfingreurt.
habitat in paludibus freqvens.
Radix rubrum colorem præbere fertur.

Polyandria.

XXII. *Caltha palustris*, flore simplici.
Isl. Lækia Soley. Dan. Smørblomme.
habitat copiosissime in humidis Præfecturæ Kiosensis passimqve alibi. It. Isl. T. 1. p. 18.
Succus corollæ expressus luteo colore tingit.

Monadelphia.

XXIII. *Geranium sylvaticum*, pedunculis bifloris, foliis peltatis, multifidis, inciso-serratis, caule erecto.

 Isl.

Isl. Storkablágrese, Litunargras. Dan. Storkeneb.

habitat copiosissime in tesqvis Borgerfiordensibus.

Veteribus Islandis cæruleum colorem hæc planta præbuit. Hodie rustici in orientali præsertim plaga, ope foliorum, una cum terra martiali coctorum, pannos laneos nigro tingunt colore. It. Isl. T. 1. p. 164.

Diadelphia.

XXIV. *Anthyllis vulneraria*, foliis pinnatis; foliolis pluribus, terminatrice majore. Fl. Sv. p. 214.

Isl. nominari liceat, Kattarkló. Dan. Kattekløver.

habitat in Toparchia Guldbringensi. It. Isl. T. 1. p. 940.

Herba, lanas in Svecia, luteo colore tingit Linn.

XXV. *Trifolium pratense*, spicis villosis, caule diffuso, foliolis integerrimis. Fl. Sv. 222.

Isl.

Isl. Sináre, Wallarsináre, Smáralaûf. Dan. Klever, vor HerresBrød.
habitat in pratis freqvens.
Flores, teste Nob. a LINNE, vestimenta Rusticorum Scaniæ colore viridi imbuunt. It. Scan. 277.

Syngenesia.

XXVI. *Hieracium pilosella*, foliis integerrimis ovatis, caule repente, scapo unifloro. Fl. Sv. p. 228.
Hieracium (auricula muris). It. Isl. Tom. 2. p. 940.
Isl. Músar Ejra. Dan. Musøre.
habitat in pascuis siccis.
Radices mensæ Junio collectae, vestimenta lanea colore sangvineo imbuunt. J. LIND p. 42.

XXVII. *Senecio Jacobæa*, foliis pinnatifidis, denticulatis, florum radiis revolutis linearibus.
Senecio minor. It. Isl. p. 946.
Isl. Jacobs Fifill. Dan. St. Jacobs Blomster.

habitat ad thermas vulgo Akra Hverar in Toparchia Aarnesensi admodum rara.

Planta cum radice si in aqva coqvatur, lanas colore viridi tingit. KALM.

XXVIII. *Viola tricolor*, foliis oblongis incisis, stipulis dentatis, caule diffuso. Viola martis. It. Isl. T. 1. 675.

Isl. Fiola. Dan. Stifmodersblomster.

habitat in Toparchia Öesiordensi, nec non ad prædium Kvennabrecha in Toparchia Dalensi. It. Isl. T. 1. p. 429.

Radicê rubro colore tingunt ruricolæ nordlandiæ, vestes suas laneas. GUN. Fl. Norv. p. 65.

Monoecia.

XXIX. *Betula alba*, foliis acuminatis serratis.

Isl. Birke Birketre. Dan. Birke.

habitat passim in Islandia.

Folia ut notum est. Colorem luteum lanis et linteis præbent,

præ-

præſertim, ſi hæ, aluminoſa prius aqva imbuantur. Cortex vero præterea, veſtes ruſticorum Islandiæ, in aqva coctus; imo coria etiam, colore fulvo vulgariter inficit.

XXX. *Betula nana*, foliis orbiculatis crenatis.

Isl. Fjalldrape. Norv. Smaabiörck.
habitat in ſylvis et montibus.
Eundem ac præcedens colorem præbere poteſt.

Dioecia.

XXXI. *Salix herbacea*, foliis ſerratis, glabris, orbiculatis.

Salix Pyrolæ facie. It. Isl. T. I. p. 173.
Isl. Kotúns Lauf, Indiſtincte etiam Grávider, licet alia ſalicum ſpecies, ſc. ſalix glauca, hoc nomine rectius inſigniatur. Norv. Fieldmó
habitat in montibus paſſim.
Succus cum foliis uvæ urſi et terra martiali in aqva coctus; nigro dura-

rabili colore tingit, qvi qvoqve plerisqve in locis pro atramento ab Islandis adhibetur, de modo præparandi lege It. Isl. T. 1. p. cit.

XXXII. *Salix pentandra*, foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris. Fl. Sv. p. 289.

Isl. Hagavider. Norv. Jstervil.

habitat in paſcuis præſertim humidis.

Folia lanas pulchro luteo tingere colore, perhibentur.

XXXIII. *Empetrum nigrum procumbens*, fructu nigro.

Isl. Lûſaling, Krækebertaling Krækeber. Dan. Kragebær.

habitat copioſe ſatis in ſylvis et montibus locisqve aridis.

Baccis et eorum ſuccô, Ruſtici Islandiæ lintea ſua, aqva aluminoſâ antea infecta, colore cæruleo imbuunt.

Cryptogamia.

XXXIV. *Osmunda lunaria*, ſcapo caulino unico, fronde pinnata ſolitaria. Gun. Fl. Norv. p. 69. Isl.

Isl. Tungiúrt. Dan. Maaneruðe.
habitat copiose ad prædium Saudlaugsdal. It. Isl. p. 434.
Folia cum caule in aqva cocta flavum levissimum colorem suppeditare dicuntur.

XXXV. *Polypodium*, filix mas, fronde duplicato-pinnata: pinnulis lanceolatis acutis pinnatifidis. Fl. Sv. p. 308. Filix officinalis S. PAULI Fl. 1. 301.
Isl. Búrkne. Dan. Han-Bregne.
habitat passim, præcipue vero in Toparchia Mulensi.
Hac herba Rustici Islandiæ pannos laneos viridi tingunt colore, qvi valde debilis est; sed si tingendum alumine antea imbuatur, colorem durabiliorem et pulchriorem fore conjicere licet. It. Isl. T. 2. p. 816.

XXXVI. *Lycopodium digitatum*, folio sabinæ, caule repente.
Isl. Jasne.
habitat in alpibus passim.

Hæc

Hæc herba veſtes laneas flavo colore vulgariter tingit. Multi etiam addunt folia myrtilli et utrumqve per 3 v. 4 horas in aqva coqvunt, unde color pulcherrimus efficitur. It. Isl. T. I. p. 174.

Ex variis, qvas recenſuit Cel. Doct. König Lichenum ſpeciebus in Islandia ſponte creſcentibus, qvæ numerum qvinqvagenarium excedere vulgo creduntur, paucæ ad tingendum utiles ibidem habentur ſi excipiantur.

XXXVII. *Lichen* proboſcideus foliaceus, umbilicatus, peltis turbinatis, truncatis perforatis. Lin. Sp. pl. p. 1150. Lichen leproſus. It. Isl. T. I. 163.

Isl. Geitnaſkof. Norv. Pipmoßa.

habitat in petris freqvens.

pannos laneos colore atro-viridi tingit. It. Isl. ibid.

XXXVIII. *Lichen* islandicus foliaceus aſcendens laciniatus, marginibus ele-

elevatis ciliatis. Fl. Sv. 959. Muſcus Isl. officinalis

Isl. vulgo Fiallagrøs, nonnullis Klóûngûr. Norv. Fiældgræß, Hedemoſe.

habitat paſſim copioſiſſime tamen in montibus meridionalem Islandiam a Septentrionali dirimentibus, nec non tesqvis prope Mivatn. Sæpe nitidus, colore atro pallefcente, hujus duæ dantur varietates, altera nempe foliis explicitis, altera anguſtioribus. It. Isl. T. 1. p. 158.

Præter cæteros hujus lichenis uſus æconomicos, qvi in It. Isl. recenſentur notandum eſt, qvod ſi in aqva per 5. v. 6. horulas coqvatur veſtes Ruſticorum, laneas colore atro flaveſcente conſtantiqve imbuit. Interdum etiam panni hoc colore infecti, in urina bovina aliqvoties lavari ſolent, qva deinde pulchro colore rubro imbuuntur.

XXXIX.

XXXIX. *Lichen niveus*, ſinubus dædaleis laciniatus, ramis erectis, calyce orbiculato. Fl. Sv. 349.

Isl. Mariugras.

habitat paſſim in locis ſiccis.

Lanas colore flavo-viridi tingit.

XL. Qvarta lichenum ſpecies in Islandia reperitur qvam beat. E. OLAVIUS in It. Isl. T. 1. 255. Se non inveſtigaſſe ait. Hanc mihi nuncupare licebit; *Lichenem* digitatum ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. LIN. Sp. pl. 1152.

Isl. Litúnarmoſe. Norv. Fingermoſe.

habitat in locis ſterilibus Islandiæ,

Lanas fulvo colore inficit. It. Isl. T. 1. p. 163.

Sunt præterea nonnullæ, qvæ in Islandia depræhenduntur Lichenum ſpecies, in arte tinctoria non minus qvam ſupra recenſitæ, utiles, qvamvis illarum uſus incolas adhuc lateat, qvales ſunt:

XLI.

XLI. *Lichen candelarius*, cruſtaceus flavus, Scutellis luteis. LIN. Sp. pl. 1141.

Isl. mihi Gûlûr Veggia Moſe. Norv. Lysmoſe.

habitat in parietibus.

Hoc Ruſtici Veciæ lanas flavo tingunt colore, teſte LINN.

XLII. *Lichen geographicus*, leproſus flaveſcens lineolis nigris mappam referens. Fl. Sv. 940.

Isl. mihi Svartgûlûr Fialla Moſe Norv. Guldblik.

habitat in rupibus.

In Sundmöria hæc Alga pannos laneos colore luteo inficit. Ström. Sundmör 101.

XLIII. *Lichen tartareus* cruſtaceus ex albido vireſcens, ſcutellis flaveſcentibus margine albo.

Isl. mihi Hvitgrænn Steina Moſe eda Skelia Moſe. Norv. hvid Steen Moße, hvid Kork.

habi-

habitat in rupibus, montium præſertim maritimis.

In Sundmöria veſtimenta lanea purpureo colore imbuit.

XLIV. *Lichen ſaxatilis*, imbricatus foliolis ſinuatis, ſcabris, lacunoſis, ſcutellis, folio concoloribus.

Isl. mihi Grár Steinamoſe. Norv. Steenmoſe.

habitat copioſe in ſaxis et rupibus.

Ruſtici Isl. hoc, veſtes ſuas rufo colore tingunt, qvod etiam de Norvegis teſtatur. GUNN. Fl. Norv. pag. 15, niſi qvod ibidem cortex Alni aut Lichen parietinus, ſæpiſſime addatur.

